

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Friedrich Hein Balthasar Hahn

Disputatio Iuridica De Collatione Bonorum

Rostochii: Pedanus, 1625

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73092713X>

Druck Freier  Zugang



Gütergemeinschaft

Fr. Hein (Balz. Hahn) ^{vert.}

R. U. im. 1625.

34.

817

Disputatio Juridica
DE
COLLATIONE
BONORUM,

Quam
D. O. M. A.

P R A E S I D E

F R I D E R I C O Hein I.D.

Publicæ ventilationi subjicit

B A L T H A S A R Hahn
Rostoch.

Habebitur in Auditorio Majori 17. De-
cemb. horis matutinis.



ROSTOCHII

Literis Joachimi Pedani, Acad, Typogr. Anno 1625.



DE
COLLATIONE
BONORUM.

Thesis I.

Ollationis verbum æquivocum est, ac variæ notat: modò enim signat beneficij Ecclesiastici adsignationem, ut in jure Canon. l. 1. de præb. & dign. in 6. c. 1. de insit. itid. in 6. modò onus publicè impositum, sive publicam præstationem, ut in l. 1. C. de Episc. & cler. l. 6. in fin. C. de prescript. 30. ann. l. 5. C. de exact. tribut. lib. 10 t. t. C. de collat. donat. & coll. aris, itid. lib. 10. Nov. 128. De quibus, ut & pluribus alijs, minus tamen juridicis vocis hujus significationibus vid. Job. Saport. tr. de collat. c. 1. in pr. & Graff in recept. sent. art. collatio bonorum, quæst. 1. in pr.

II.

Nos hic collationem definimus commixtionem sive confusione bonorum propriorum cum paternis, quæ sit inter liberos coheredes, ut ea omnia inter se ex æquo partiantur. l. 8. C. de bon. prosc. l. 8. C. b. t. Cujac. in par. ff. & C. b.

III.

Hanc primitus prætor introduxit, ut injuriam suis illatam, hac ratione compensaret. Cum enim prætor ad bon. possessionem contra tabulas emancipatos admitteret, participesq; ficeret cum his, qui sunt in potestate, honorum paternorum: consequens esse credidit, ut sua quoq; bona in medium conferrent, qui appeterent paterna. l. 1. in pr. ff. b. t.

IV.

Injuriam verò hanc quia ab emancipatis tantum patiebantur sui, hinc & collatio tum demum ex edicto prætoris locum habebat,

bat, quando emancipati cum suis concurrebant, & sui i. erant affecti incommodo. *l. pen. §. videamus. 1. vers. Et hoc sit consequens.*
ff. de bon pos. contr. tab. l. t. §. 4. & 5. ff. b. t. 2. Emancipati & sui
eodem jure succedebant, hoc est, vel contra tabulas utriq; , vel
Unde liberi. d. l. pen. §. videamus. 1. in pr. l. t. §. 1. ff. b. t. l. nec ipsa
7. ff. de dot. collat. Et hoc primum fuit jus collationis.

V.

Sed cum hac ratione collationum jura in magnis angustijs versarentur, pauciq; conferrent: Scævola Jctus videns hoc esse iniquum, primam juri à prætoribus invento adjecit, ut emancipati & sui, si possent eodem jure succedere, quamvis succederent diverso: adhuc tamen, si injuria adficerentur sui, collatio locum haberet. *l. si filius 10. ff. b. t.* Hoc secundum, quod ab interpretibus juris nostri æquitas Scævolæ appellatur.

VI.

Postea Divus Pius introduxit, ut filiae sive petierint bon. possessionem, sive non petierint, dummodo se bonis paternis miscuerint, ad collationem dotis, per arbitrium familie erescundæ compellantur. *l. 1. in pr. ff. de dot. coll.* Hoc tertium jus collationis.

VII.

Supervenit deinde Leo Imp. qui motus æqualitate, quæ est inter dotem & donationem propter nuptias, idem quod ante per D. Pium erat constitutum de conferenda dote, transtulit & extendit ad donationem propter nuptias, ut omnes liberi sine ullæ discretione conferant dotem & donationem propter nuptias, quæ ab ejus substantia profecta est, de cuius hereditate agitur: amplius, ut etiam emancipati vicissim conferant, quæ in ipsa emancipatione à parentibus suis (ut adsolet fieri) consequuntur, vel post emancipationem ab ijsdem parentibus acquisierint. *l. ac liberis. 17. C. b. t.* Hoc quartum.

VIII.

Sed cum adhuc controverteretur inter Jctos, nepotibus succedentibus avo vel avixe cum patrui aut avunculis, amitis aut materteris, num illi his patris sui, & hi vicissim illis suam dotem vel ante nuptias donationem conferre tenerentur? Justinianus controversiam illam affirmativo responso decidit in *l. illam. 19. C. b. t.*

Quod

Quod fuit quintum jus collationis. *Add. l. 20. C. b. t.* ubi generaliter Imp. constituit, ut omnia, quæ portioni quartæ computanturi, etiam ab intestato conferantur.

I X.

Præterea cum olim filiæ vel ab intestato succedentes, vel contra tabulas petentes, fratribus quidem in potestate existentibus tam profectiam, quam adventitiam: his verò, qui in familia defuncti non sunt, profectiam tantummodo dotem conferrent, *l. filie 4. C. b. t.* Justinianus constituit, ne adventitia collationi post obitum parentum inter liberos omnino subjaceant. *l. fin. C. b. t.* Idq; sextum jus collationis.

X.

Deniq; ne quid dubitationis ac iniquitatis in difficulti hac collationis materia superesset, constituit idem in *Nov. 18. c. 6.* ut collatio non minus ex testamento, quam ab intestato fieret, nisi expresse aliud defunctus designasset. *Add. Autb. ex testamento. C. b. t.* Et hoc septimum & ultimum jus collationis. *Vid. Vit. Nemaus. tr. de collat. c. 1. n. 8. & seq. Job. Saport. in d. tr. c. 3. Graff. lib. 2. recept. sent. d. art. quæst. 2. Sichard. ad rubr. C. b.*

X L

His præmissis nunc videamus ulterius inter quos locum habeat collatio: Et habet collatio locum inter descendentes solos, ad ascendentium hereditatem adspirantes.

X I I.

Descendentes cum dicimus, in infinitum descendentes liberos, tam masculos quam foeminas intelligimus, ut hi omnes sibi invicem hodie conferant, non tantum emancipati suis, ut olim, sed & sui emancipatis, & suis, & nec emancipatis nec suis (ut sunt filij & filiæ, nepotes ac neptes matri avoq; materno succedentes) & emancipati emancipatis, *d. l. ut liberis. 17. C. b. t.* tam filij & nepotes inter se, quam cum patruis, amitis, avunculis & materteris currentes, & hi illis vicissim. *d. l. illam. 19. C. b. t. Graff. d. l. quæst. 5. Treuul. vol. 2. disp. 17. 1b. 3. Rittersb. ad Nov. p. 7. c. 22. n. 6.*

X I I.

Inter hos locus est collationi, etiamsi succedant matri vel avia maternæ, *d. l. 17. & 19. C. b. t.* etiamsi filius, cui delata est bon. possessio ex primo capite Unde liberi; tempore vel repudiatione,

A 3

exclu-

exclusus, ex alia parte, unde cognati, admittatur, arg. l. b. §. 2. ff.
de Carbon. edit. l. 4. §. 1. ff. Quis ord. in poss. serv. l. 2. in pr. ff. Unde
dicit. Job. Saport. d. tr. c. 4. n. 71. & seq.

XIV.

Et quidem inter hos solos: nam inter adscendentes descen-
dentes, quemadmodū & collaterales collateralibus succedentes,
collationi locum non esse, cum Iasone in l. ult. in fin. C. Unde liber.
item in l. siemancip. 9. a. n. 26 usq; ad n. 32. C. b. t. Card. Fischio concl. 414.
Job. Saport. d. tr. c. 4. num. 63. & seq. Graff. d. l. quest. 7. Sickard. ad
rubr. C. b. n. 11. in fin. VVesenb. in par. ff. b. n. 4. in pr. Treutl. d. vol. 2.
disp. 17. b. 2. & ibid. Bachov. lit. B. & nos verius putamus, arg. l. t.
§. 1. ff. b. t. l. 17. & 19. C. b. t.

XV.

Et quidem tum, quando ad adscendentium hereditatem ad-
spirant, hoc est, titulo universali adscendentium alicui succedere
cupiunt. Particulari enim titulo, ut legati vel fideicommissi sin-
gularis, vel etiam ex codicillis, aut nomine dotis, aut donationis
causa mortis quid capientes, ij neq; inter se invicem, neq; cum
hereditibus conferunt, quamdiu sc. contenti sunt titulo particulari
acceptis, neq; ad hereditatem adspirant. l. si pater. 4. & l. ult. ff. de
dot. coll. & ibi Cujac. l. si à patre. 10. C. b. t. Si verò emancipatus
præteritus, cui relictum est legatum, eo non contentus, bon. pos-
sessionem contra tab. petat, collatione fungi debet. Cujac. ad rubr.
C. b. col. m. 691. lit. B.

XVI.

Emancipatorum appellatione & ij continentur, qui per le-
gis auctoritatem, per oblationem precum & Imperiale rescriptum
sui juris effecti fuerint. Nam & hos ad similitudinem coeterorum,
qui emancipati ex antiquo jure sunt, collationes facere Impera-
tor jubar compelli, secundum ea, quæ super coeteris emancipatis
statuta sunt. l. liberas. 18. C. b. t.

XVII.

Is quoq; qui in adoptiva familia est, conferre cogitur, hoc
est, non ipse, sed is, qui eum habet, si maluerit contra tab. bon.
possessionē accipere. l. 1. §. 14. & 14. ff. b. t hoc est, si filius adoptivus
in adoptantis adhuc potestate constitutus, & à patre naturali he-
res institutus, commisso per præteritum edito, maluerit acci-
perere

pere contra tab. bon. possessionem, quam adire hereditatem ex institutione, secundum l. 8. §. in adoptionem. ff. de bon. poss. con. tab. Planè si adoptivus pater ante bon. possessionem petitam emancipaverit eum, & hoc sine fraude factum sit, non cogetur ad collationem. d. l. i. §. 14. & ibi Cujac. in comm. suo ad b. t.

XVIII.

Nepos in avi potestate existens, si patris sui emancipati accipiat bon. possessionem, ad collationem avus compelletur: nisi forte avus nullum ex his bonis fructum acquirere vult, paratusq; est de potestate nepotem dimittere, ut ad emancipatum omne emolumen- tum bon. possessionis perveniat. l. si quis. 5. in pr. ff. b. t.

XIX.

Nepotes & neptes si omnes sint emancipati, bona sua conferunt soli patruo. l. 2. §. si duo nepotes, & l. si nepotes. 7. ff. b. t. Quod si unus sit emancipatus, & alter sicut, emancipatus nepos soli fratri, qui in potestate mansit, conferit, non patruo: si non sit frater, conferit patruo, itemq; patrueli. l. i. §. si sit nepos. & seq. ff. de collat. dot. l. i. §. uti ff. de conjung. cum emanc. lib.

XX.

Quod si duæ sint neptes ex diversis filijs: conferent & in vicem & patruo, si ambæ sint dotatae. Quod si una tantum sit dotata, hæc indotata & patruo conferet. d. l. i. §. sed & si duæ. 4. ff. b. t.

XXI.

Si verò duæ sint neptes ex eodem filio, & ambæ sint dotatae, vice mutua conferent, non autem patruo. Si una tantum est dotata, tum hæc soli indotata conferet, non patruo. d. l. i. sed & si duæ, vers. si ex eodem patre, & ibi Cujac ff. de dot. collat.

XXII.

Nepos postumus vivo avo conceptus, post mortem ejusdem editus, & emancipati patris nomine bon. possessionem accipiens, bona sua conferet, licet non possit dici, mortis tempore avi bona habuisse, qui ipse nondum in rerum natura erat: igitur sive hereditatem à patre, sive legatum acceperit, hoc conferre debet. l. si emancipati. 2. in pr. ff. b. t.

Nepos

XXIIIL

Nepos postumus avo mortuo conceptus & editus, non proprio, ut ille, vivo avo conceptus, sed alieno jure, patris scilicet, huic jam delatam bon. possessionem, imò, ut existimo, etiam agnitam, non tam petit, quam persequitur: quoniam jure suo nepos hic, nec civili, nec prætorio jure ad successionem avi adspirare potest. §. Et licet. 8. Inst. de hered. que ab intest.

XXIV.

Et hoc posteriori casu nepos non sua put in primo casu, sed patris bona patruo consert, quæ scilicet pater ipse, si viveret, fratri in potestate relicto conferre debuisset: quia, ut modo dictum, non ex sua persona, sed ex patris quasi heres ad bon. possessionem venit. Cujac. add. l. 2. in fin. pr. ff. b. t. in suo Paulo.

XXV.

Si prægnantem quis uxorem reliquerit, & ea ventris nomine in possessionem missa fuerit: interim cessat collatio. Nam antequam nascatur, non potest dici in potestate morientis fuisse, sed nato conferetur. l. ult. ff. b. t. Add. l. postumo. II. C. b. t.

XXVI.

Emancipatus filius controversiam facit impuberi, qui se filium & in potestate patris fuisse dicit: Quærit Julianus, si bona sua ei emancipatus conferre debeat? Paulus putat conferendum esse, exacta cautione, ut victus, sicut hereditatem, ita & quæ collata sunt, præstet. l. prætor. 3. §. emancipatus. I. ff. b. t.

XXVII.

Exheredati liberi, si obtineant in querela, contra extraneum institutum, rescisso in totum testamento, bona sua conferunt: non etiam si pro parte tantum res redeat ad intestati cansam, hoc est, si unus filius veniam ex testamento, alter ab intestato. Idque si jus vetus spectes, quo inter liberos diverso jure ad bona patris venientes, non habebat locum collatio. l. si non mortis. 25. in fin. pr. ff. de inoffic. test. juncta l. pater. 6. Et seq. ff. de dot. collat. Cujac. add. l. 25. in comm. suo ad ill. tit. Boc. cl. 3. diff. 13. tb. 7.

XXVIII.

Ob eandem rationem olim nec exheredato emancipatus conserebat, scripto herede repudiante, ut apparet ex l. pen. Et ijs, que

*que ibi notat Cujac. in comm. suo. ff. de bon. poss. contr. tab. Hodi-
cessat hæc ratio, & rescisso per querelam inofficiosi testamento,
tam ipsi ex hereditati fratribus, quam hi illis vicissim conferunt.
l. ut liberis. 17. in pr. C. b. t.*

XXIX.

Liberi quoq; deportatorum, si velint esse participes illorum
bonorum, quæ fiscus ex bonis damnatorum parentum, ipsis con-
cessit, collatione invicem fungi debent. Quæ regula etiam in do-
te filiæ, vel neptis ex filio deportati conferenda, custodienda erit.
l. si deportatus. 8. C. de bon. proscripti.

XXX.

Locus erat collationi olim tantum in successione ab intesta-
to, eaq; prætoria, cum quis bonorum possessionem contra tab.
vel Unde liberi obtinuisse. 1.3. §. Julianus. 2 ff. & l. 9. C. eod. Ho-
die non tantum quocunq; jure intestata successionis, sed & ex te-
stamento heredes sibi invicem conferunt. d. l. ut liberis. 17. in pr.
Nov. 18. t. 6. Autb. ex testamento. C. b. t. nisi testator collationem
expresse remiserit, vel vetuerit, d. Nov. & d. Autb.

XXXI.

Prohibitio autem talis vel remissio collationis vel ideo va-
let, quia parentibus liberum est unilibororum plus relinquere,
quam alteri: dummodòne quis defraudetur in legitima. *l. paren-
tibus 8. C. de inoff. test.* Expressè vero hæc fiat necessum est, quia
in dubio æqualitatem potius inter liberos servari, quam collatio-
nem prohibere voluisse præsumitur testator, *arg. l. 39. §. fin. ff. de
leg. 3.*

XXXII.

Expressa voluntas intelligenda vel directo inhibentibus aut
remittentibus verbis, vel æquipollentibus, ex quibus mens & vo-
luntas testatoris colligi potest: veluti si plus in filium conferat,
quam in filiam, hac adjecta causa, quod filia dotem accepisset,
satis intelligitur, eum dotem à filia conferri noluisse, *arg. l. ex par-
te 39. §. intestato. 1. ff. Famil. ercisc.*

XXXIII.

Sed et si causam hanc non adjecerit testator, adhuc tamen,
filio longe minorem portionem filiæ, quam cœteris liberis, testamen-

B to re-

to reliquerit pater, dotis collationem cessare aequius videtur, *arg.*
d. l. 39. §. 1. d. Nov. 18. c. 6. ibi. & exinde aequalitatem, juncta l. ult. *C.*
Commun. utriusq; judic. Vit. Nemaus. d. tr. quæst. 33. ubi in fine questio-
nis sententiam hanc multum aequaliter esse dicte. Fackin. 5. controv. c. 7. §.
Bocer. d. cl. 3. disp. 13. th. 9.

XXXIV.

Regulae juris novi *supratib. 30.* positæ, quod etiam ex testamento
sit locus collationi, & hanc interpretes (ut *Vit. Nemaus. d. tr. c. 2.*
concl. 7. n. 18. Treutl. vol. 2. disp. 17. tb. 4. lit. D. & alij ab his citati)
adjuvunt limitationem: nisi extraneus institutus sit. Sed haec
non videtur de regula: quoniam regula non ad quasvis personas,
sed ad eas, in quibus aequalitas desideratur, videlicet ad liberos
pertinet, ut frustra excipiatur extranei, in quibus haec aequalita-
tis ratio non nisi inepte attenditur. Intelliguntur autem extranei
omnes, qui sunt extra liberos, cæteroquin & filii matri, & es-
mancipati patri extranei sunt heredes. Si tamen plures filii cum
uno extraneo instituti sint, et si inter filios & extraneum non ha-
beat locum collatio, ipsi tamen filii inter se conferre tenebuntur,
non obstante coherede extraneo, *arg. l. 21. §. 1. C. de Testam.* Quo-
niam per coheredem non tollitur ratio juris novi, qua aequalita-
tem exigit inter liberos, neq; per ejus adjectionem remissio colla-
tionis presumi vel induci potest. *Treutl. d. l. & ibi Bachor.*

XXXV.

Tum autem coheres vel bon. possessor bona sua conferre
coheredibus tenetur, quando vel hereditatem acquisitione suscep-
tit, vel bon. possessionem agnovit. *l. 3. in pr. ff. b. t. Cujac. ad l. 1.*
in pr. ff. d. t. & lib. 5. sent. Paulli, tit. g. §. ult. Sed et si velit, potest
& ante. *d. l. 3. §. emancipatus præteritus. ff. b. t. & l. si filius. 13. ff. de*
condict. caus. das.

XXXVI.

Quod si prius hereditatem adquirat, aut petat bon. posses-
sionem, & interim, antequam conferat, moriatur, jus suum cum
onere collationis ad heredem transmittit: perinde ut suus colla-
tionis commodum, si & ipse admissa bon. possessione decesserit.
d. l. 3. in pr. l. 1. §. ibidem. 8. ff. & l. 14. C. b. t. Cujac. add. l. 1. in pr. &
ad l. 2. in pr. ff. b. t. in comm. suo.

Sequi-

528

XXXVII.

Sequitur nunc quæ bona sint conferenda. Jure veteri e-
mancipati suis tam adventitia quam profectitia, quæ quæsilverunt
ante mortem patris, & habuerunt tempore mortis ejus, deducto
ære alieno, conferunt. l. ea demum. 6. C. b. t. l. i. §. qui ab hostibus.
17. & §. si emancipato. 18. l. 2. §. i. ff. b. t. Jure novo profectitia-
xantum. l. fin. C. b. t.

XXXVIII.

Et hæc quidem profectitia bona non modo emancipati, ve-
rum etiam sui conferunt suis, vel emancipatis, quasi à patre ea
bona non discesserint.

XXXIX.

An & emancipati emancipatis ea conferunt? Et negare ne-
mo potest, quin emancipati invicem sibi dotem & donationem
propter nuptias conferant. l. ut liberis. 17. l. illam. 19. l. pen. §. i. C. b. t.

XL.

Sed num emancipati ultra dotem & donationem pro-
pter nuptias sibi invicem aliquid conferre tenentur? Et eman-
cipatos emancipatis etiam ea, quæ in ipsa emancipatione vel po-
stea à parentibus consecuti sunt (videlicet ad constituendam &
alendam familiam) ex Leonis Imp. const. in d. l. 17. in fin. conferre
debere, verius putamus. Treutl. d. vol. 2. disp. 17. thes. 4. lit. E. &
ibi Bachov.

XLI.

Omnes ergo liberi, sive sui juris sint, sive in potestate, à pa-
rentibus profectam dotem vel donationem propter nuptias, quæ
alia veluti quædam dos est, sive αὐλιφέρη, inter se conferunt.
Cujac. 3. obs. 30.

XLII.

Dos quoq; adventitia, ut & donatio propter nuptias, si à
matre vel avo materno data sit, & de matris aut avi materni suc-
cessione agatur, collationi inter liberos subjacet. d. l. 17. & d. l. 19.
C. b. t.

XLIII.

Et quidem solvendo existente marito, nullum est dubium,
quām foemina parenti mortuo, à quo dotem accepit, succedere.

B 2.

volens,

volens, dotem illam conferre cogatur, vel realiter, vel tanto mi-
nus ex delata successione auferendo. Nov. 97. c. 6. in pr.

X L I V.

Marito verò non existente solvendo, olim quidem integra-
dos non computabatur mulieri, sed id, quod ad mulierem pote-
rat pervenire: hoc est, quod facere maritus poterat. l. i. §. quod
fi. 6. l. 2. ff. de dot. collat.

X L V.

Hodie talis adhibenda distinctio est: aut mulier fuit sui juris,
aut in potestate patris. Si sui juris, marito vergente ad inopiam,
constante matrimonio potest dotem repetere, aut vindicare; imò
& lucrum donationis propter nuptias. l. si constante. 24. in pr. ff.
solut. matr. l. ubi. 29. cum seq. Autb. l. in rebus 30. C. de Jure dot. d.
Nov. 97. c. 6. in pr. & §. 1.

X L VI.

Si in potestate, & magna fuerit dos, eodem casu cessante pa-
tre, sola constante matrimonio de dote agere potest. His igitur
casibus, si mature mulier major 25. annis (minori parcitur) do-
tem non repetierit, nihilominus eam conferre fratribus debet,
nec liberatur conferendo inanem actionem. Sibi enim imputet
mulier, quare sui juris, marito ad inopiam vergente, etiam con-
stante matrimonio, dotem non exegerit: vel in potestate consti-
tuta, dotem magnam, etiam invito patre, quod poterat, non re-
petierit. d. Nov. 97. c. 6. Autb. quod lacum. C. b. t.

X L V I I.

Cæterū si parva fuerit dos, & filia in potestate, nec pater
ipse actionem movere velit, nec filiae etiam, utcunq; hoc nomi-
ne imploratus, ad dotis exactionem consentire: hoc casu culpa-
& cessatio patris filiae non nocet, sed ipsa liberatur conferendo
nudam actionem dotis, & fert ex bonis paternis partem suam in-
tegram: actio autem collata ab omnibus movetur fratribus, &
quod fortunæ eventus dederit, hoc proficit universis. d. Nov. 97. c.
6. §. 1. & ibi Cujac. item ad l. i. §. 6. de dot. collat.

X L V I I I.

Quæ verò dicatur dos magna vel parva, non convenit inter-
Interpretes. Nobis Accursij placet sententia, quam & Rittersh.

in

ib Nov. p. 5. c. 5. n. 10. & alij ab ipso ibidem citati probant, quod scilicet dos dicatur magna vel parva secundum qualitatem personarum.

XLIX.

Filia, quæ soluto matrimonio dotem conferre debuit, monram collationi fecit. Viri boni arbitratu cogetur usuras quoque dotis conferre: cum emancipatus frater etiam fructus conferat, & filia partis sua fructus percipiat. *l. filius. 5. §. filia. 1. ff. de dot. collat.*

L.

Cum dos confertur, impensarum necessariarum fit detrac-
ctio, ceterarum non. *l. 1. §. cum dos. 5. ff. de dot. coll.* Rationem
vide apud *Cujac. ibid.*

LI.

Sumptus nuptiarum, mundus, vestitus, cæteraq; ornamen-
ta à patre liberis in elocatione ipsorum data, an conferre de-
beant, controversum est? Et ea, quæ consumpta sunt tempore
nuptiarum, veluti in convivijs, non conferri sentimus, nisi con-
traria patris appareat voluntas, *arg. l. 3. §. fin. ff. de Muner. & bonor.* Vests autem pretiosas & festivas, cæteraq; ornamenta, ut
monilia, annulos, torques &c. conferenda esse, communi calculo
receptum est. *l. etiam 8. C. de Jure dot. l. inter. 26. §. cum inter.*
ff. de pacl. dot. Gail. 2. obs. 9. n. 5. Schnetz. ad §. quedam. 20. num. 47.
Inst. de Action.

LII.

Actiones, quia in bonis esse videntur, *l. bonorum 49. in fin ff. de V. S.* ideo & in collationem veniunt. Qui tamen injuriarum
habet actionem, nihil conferre deberet, cum magis vindictæ, quam
pœnæ habeat persecutionem. *l. 2. §. emancipatus. 4 ff. b. 1.*

LIII.

Id quoq; quod sub conditione ex stipulatu debetur emanci-
pato, conferri debet. Diversum est in legato conditionali: quia
etsi in potestate fuisset, & post mortem patris conditio extitisset,
ipse haberet actionem. *d. l. 2. §. id quoq; ff. b. 1.*

LIV.

Donatio simplex an inter liberos conferenda, anceps est que-

B 3 stio?

stio? In qua I. quatuor hæc membra distinguenda: an sui conseruant suis donationem simplicem, an emancipatis: an emancipati eam conferent invicem, an suis? & porro quid jure tum veteri, tum novo obtineat? Deinde sciendum, quod, cum quærimus, an sui conferant nec ne, verbo eo abutamur, & hoc quæramus, an ita donatum præcipuum retineant, an omnino in hereditatem paternam restituant?

LV.

Jure veteri, quod donatum erat suo à patre, propter jus patræ potestatis filio non acquisitum fuisse constat, adeo ut nec sola morte patris, non revocata donatione, ipso jure convaluerit donatio. l. 1. §. 1. ff. pro donat. attamen secundum voluntatem patris officio arbitri familiæ excusandæ confirmatam donationem, & rem donatam præcipuam filio adjudicatam fuisse, probatur ex l. 2. C. de Inoff. donat. l. filia. 18. C. Famil. excise. Ideoq; effetu inspecto donationem simplicem in filium. collatam à patre, quem non in peculium concedere, sed donare voluisse constat, conservi negamus, quoniam præcipuam retinet, adeoq; alij fratres in communi hereditate eam non reperiunt. d. l. filia. 18. l. pen. §. 1. C. b. t. Jus. gen. l. 31. §. 2. ff. de donat. l. 37. §. 1. ff. d. A. R. D.

LVI.

Jure quoq; novo donationem meram à suis conferendas non esse, nec suis, nec emancipatis, minus dubij habere videtur, postquam ex sententia quorundam, post constitutionem l. 15. C. de donat. int. vir. & ux. liberi rem donatam, silentio & morte patris confirmatam, ita præcipuam retinenter, ut nec adminiculo arbitri amplius opus sit.

LVII.

Deniq; nec emancipati, sive invicem, sive cum suis concurrant, donationem simplicem conferunt: nisi (qua duæ limitationes omibus quatuor supra positis casibus aptandæ) i. inæquitas exinde evidens oriatur, vel 2. donator hujusmodi legem tempore donationis indulgentiæ suæ imposuerit. l. pen. in fin. C. b. t. Wesenb. in par. ff. de dot. collat. n. 2. in cuius fine hanc sententiam & communiorē esse, & usu quoq; prævaluuisse testatur. Add. Fabchin. s. contr. go. Bocer. d. cl. 3. diff. 13. tb. 26. Rittersb. in Nov. p. 7. c. 22. n. 8. Treutl. d. vol. 2. diff. 7. tb. 5. lit. b. & ibi Bachov. Si-

L VIII.

Similiter quæstionis est, An simplex donatio patris in filium. collata, si ab initio valeat, mortuo donatore cum cœteris liberis communicari debeat? Nos negantum partes sequimur cum Fabin. d. l. s. contr. c. 81. Bocer. d. l. tb. 27.

L IX.

Quæritur etiam, An filius conferre debeat, quæ pater ei donavit, ut uxorem inveniret nobiliorem vel diuinem? Nos cum eodem Fabin. s. contr. 82. negativæ & in hac quæstione inhæremus.

L X.

Similiter nec castrense, nec quasi castrense peculum fratribus confertur. Hoc enim præcipuum esse oportere, multis constitutionibus continetur. l. i. §. nec castrense. 15. ff. b. t.

L XI.

Castrense verò peculum etiam id est, quod à parentibus vel cognatis in militiam eunti donatum est, ut arma, equi, vestes militia convenientes. l. castrense ii. ff. de castrensi. pec. l. i. C. eod. Quæ propterea etiam mortuo parente in commune non rediguntur. l. filius. 4. C. Famil. ercisc. Sneid. ad d. §. quædam. 20. Inst. de Action. num. 48. in fin.

L XII.

Eadem ratione rectè defenditur, nec liberos, nec sumptus studiorum gratia liberis à parentibus subministrastos, esse conferendos, nisi contraria patris appareat voluntas. arg. d. l. ii. ff. & d. l. i. C. de castr. pec. iuncta d. l. i. §. 15. 16. & §. conferetur. ff. b. t. arg. l. §. ff. Famil. ercisc. Sneid. d. l. n. 42. & seqq.

L XIII.

Æs alienum occasione studiorum in vita patris à filio contrahum, ex communi hereditate solvendum est. d. l. i. §. 16. ff. b. t. l. s. C. ad Maced. l. 20. §. 6. l. 39. §. 3. ff. Famil. ercisc. quoniam effectu idente est, sive actualiter pecunia ex bonis patris fuerit erogata, sive filius studiorum gratia æs alienum contraxerit. Restrингunt tamen illud eleganter utroq; casu Interpretæ juris ad sumptus proportione dignitatis & familiæ, quales pater probabiliter non recusasset, arg. l. 7. §. 13. ff. & d. l. s. C. ad Maced. Treutl. d. l. thes. ult. sit. C. & ibi Bachov.

Sumptus

L XIV.

Sumptus post mortem patris in studia impendendi, communis hereditati non imputantur. *d. l. 20. §. 6. & d. l. 39. §. 3. ff. Famil. ercise. l. 3. § fin. ff. de Muner. & honor.* Multo igitur minus sumptus in studia, quae filius de novo post mortem patris cœpit; ex communi hereditate erunt præstandi. Licet enim æquitas suadere videatur, ut si in studia unius ex filijs pater quid impendit, etiam aliquid pro sumptibus studiorum alterius filij, forte adhuc impuberis, ex communi hereditate deducatur: tamen hîc jure destituiumur, & eo admisso, alia porrò & absurdiora inde concludi possent. *Treutl. & Bach. dd. II.*

L XV.

Quod dignitatis nomine à patre datum est, vel debetur, an conferre quis in commune cogatur, videamus. Et ait Papinianus lib. 13. quæst. non esse cogendum. Hoc enim propter onera dignitatis præcipuum haberi oportet. Sed si adhuc debeatur: hoc sic interpretandum est, ut non solus oneretur is, qui dignitatem meruit, sed commune sit omnium heredum onus hoc debitum. *d. l. 1. §. sed an id 16. ff. b. 1.*

L XVI.

Ut castrense peculium liberî conferre minimè coguntur, ita & alias res, quæ parentibus acquiri ex novis constitutionibus prohibentur, proprias liberis manere censuit Imperator. *l. ult. C. b. 1. l. cum oportet. 6. C. de Bon. quelib.*

L XVII.

Idq; non tantum in filiis in patris potestate existentibus obtinet, ut vult *Job. Saport. c. 5. n. 83* sed, ut communior est sententia, etiam in emancipatis, *arg. l. cum duobus. 52. §. idem Papinianus. 8. ff. pro socio. Facsim. 5. contr. 83. Bocer. de cl. 3. disf. 13. tb. 22.*

L XVIII.

Adventitijs tamen peculij fructus, si qui apud liberos extent, eos liberî conferre tenentur. Ususfructus enim adventitiiorum ad patrem pertinet. *d. l. cum oportet. 6. in pr. C. de Bon. que lib. §. 2. vers. quod autem ex alia. Inst. Per quas pers.* Ipse tamen ususfructus non consertur, ut qui morte patris ususfructuarij extinctus est. *§. finitur. 3. Inst. de Usufr.*

Ea,

L X I X.

Ea, quæ filius mercator, suo nomine & periculo negotiationē exercens, industria & assiduitate, ex pecunia patris quæsivit, conferre non tenetur, arg. l. postulante. 44. §. sed in hujusmodi. i. ff. ad Sctum Trebell.

L X X.

Pro pietatis ratione filio ab hostibus redempto, solutam pecuniam pro lytro à patre, filius conferre non tenetur, arg. l. liber. 17. C. de postlim. revers. Rittersh. in Nov. p. 7. t. 22. n. 8.

L X XI.

Pecuniaria condemnatio, pro delicto filij soluta, in collationem venit, nisi adventitium peculum filius habuerit. Tunc enim ex illo facta videtur solutio. l. ult. ff. de petit. hered. Bart. in l. 16. ff. de pecul. leg.

L X XII.

Quæ sine dolo & culpa filij post mortem patris perierunt, ad collationis onus non pertinent. Collatio enim viri boni arbitratu fieri debet. Vir autem bonus non sic arbitraretur, conferendum id, quod quis nec habet, nec dolo, nec culpa desijt habere. l. 2. §. de illis. 2. ff. b. t.

L X XIII.

Hinc si emancipatus filius, qui contra tab. bon. possessionem accepit, filiam dotatam habeat, dotem ejus conferre non debet: quia in bonis ejus non est. l. 1. §. ult. ff. de dot. collat. l. filium. 4. ff. de collat. honor.

L X XIV.

Quod verò dolo malo alicuius esse desijt, id merito confertur. Cæterū si quis id egit, ne adquireret: non venit in collationem. Nam hic & sibi insidiatus est. l. 1. §. confertur. 23. ff. b. t.

L X XV.

Conferre iussus regulariter rem conferendam, in specie conferre debet, nec liberatur offerendo estimationē, arg. l. 2. §. 1. ff. de Rebus cred. juncta l. 10. ff. de V. S.

LXXVI.

Sed quid si conferens rē collationi subjectam bona fide post mortē patris alienaverit? Et siquidem per venditionem res alienata proponatur, quia jam jus quæsitum in re conferenda coheredibus erat, quantum pro re accepit coheres, conferendum erit: sī per donationem, aut alio modo translatam proponas, sufficit estimationem conferre, inita ratione temporis illius, quo collatio petitur.

L X XVII.

Libros etiam studiosus, eo casu, quo præcipuos eos retinere non potest,

C

Universitäts
Bibliothek
Rostock

potest, realiter conferre non tenetur, sed tantum eorum aestimacionem, respectu habito temporis, quo collatio petitur. Schneid. ad d. § quendam, n. 52. Inst. de action. Treutl. d. disp. tb. 6. ult. E. Et ibi Bachov.

L X X V I I I .

Portiones collationum ita erunt facienda, ut conferens suam etiam personam numeret in partibus faciendis. Et in eundem modum dotis quoq; fiet collatio. l. i. §. fin. ff. b. t.

L X X I X .

Tantum vero consert emancipatus, quantum aufert. d. l. i. §. si ex dodrante. 3. ff. b. t. Et ideo si unus sit in potestate, unus emancipatus, hic ut semissim illi aufert, ita & propriorum bonorum semissim illi consert. Si duo sint sui, unus emancipatus, hic illis tertias aufert, consert etiam tertias. d. l. i. §. fin. ff. b. t. LXXX.

Sed nonnunquam plus emancipatus consert, minus aufert: ut si duo sint sui, duo emancipati: singuli emancipati auferunt quartas, tertias conferunt, ac si ambo unus essent, ne si viriles partes fiant, & ipsi videantur invicem sibi conferre. d. l. i. §. ult. l. 3. §. Julianus. 2. ff. b. t. LXXXI.

Æquè si tres emancipati sint, duo sui, quintas: si quatuor emancipati, duo sui, sextas auferent, tertias conferent. Nec indignari eos oportet, si plus conferant, & minus accipient, quia in potestate eorum est, bon. possessionem omittere. l. 2. §. si tres. 5. ff. b. t. Cujac. 3. obs. 29.

L X X I I I .

Si ex dodrante fuit institutus filius, qui erat in potestate, extraneus ex quadrante: emancipatum accipientem contra tab. pro quadrante tantum bona sua collaturum Julianus ait: quia solum quadrante fratri abstulit. Argumentum pro hac sententia adfert Pomponius, quod filius emancipatus nepotibus ex se natis solis conferre cogitur. d. l. i. §. si ex dodrante. 3. ff. b. t. LXXXIII.

Evenit etiam aliquando, ut emancipatus suo nihil conferat, ut in specie d. l. i. §. si pater. 4. ff. b. t. aliquando, ut ex proprijs bonis nihil retineat, sed ea integra conferat, ut in specie l. 2. §. si ex emancipato. 6. ff. b. t. Quod tamen fit contemplatione duarum hereditatum, ut eleganter notat Cujac. ad l. i. ff. b. t. in comm. suo.

L X X I V .

Si plures sint nepotes unum patrem representantes, omnes ut unus conferunt, illisq; vicissim una portio confertur. d. l. 2. §. si duo nepotes. 7. ff. b. t. Suc-

539

LXXXV.

Succedit nunc, quomodo fiat collatio. Et fit collatio omnis vel re ipsa, vel cautione, vel utroq; modo.

LXXXVI.

Re ipsa fit collatio vel per divisionem bonorum conferendorum, vel minus capiendo, vel delegando debitorem, vel dando fundum, vel rem aliam pro bonis conferendis, vel liberando coheredes à necessitate præstandi id, quod defunctus promisit. d. l. i. §. quamvis. ii. & seq ff. b. t. l. i. §. pen. ff. de dot. collat. l. 2. C. b. t.

LXXXVII.

Cautione collatio fieri dicitur, si quis datis fidejussoribus, vel pignoribus coheredes suos securos faciat de bonis conferendis. d. l. i. §. jubar autem. g ff. b. t.

LXXXVIII.

Utroq; modo collatio fit, si quædam dividantur, de quibusdam ca veatur. Cum possint etiam quædam esse in occulto: non satis confert, qui non cavit, quamvis dividat. Si igitur constet inter partes, quid sit in bonis emancipati, sufficiens collatio est divisio: si non constet, sed dicatur quædam non esse in commune redacta, tunc propter incer tum cautio erit interponenda. d. l. i. §. quamvis. ii. ff. b. t.

LXXXIX.

Jure Saxonico collatio etiam fit mediante juramento ejus, qui con ferre debet: Wollen sie nach des Vatters oder Mutter todt ihr Erbheil ansprechen/ so muß der abgesonderte Bruder/ oder berahnte Tochier in die theilung bringen mit jhrem Eid alles das gutt/ damit sie abgesondert waren/ ob es fahrende hab ist/ wo es aber ander gutt, daß sie beweisen mag/ da mögen sie nicht für schweren. art. 13.lib.1. Sneid. ad d. §. quædam. n 39 Inst. de act. Wes. in par. ff. b. n. 6. in fin. X C.

Cautio sive stipulatio de conferendis bonis, utcunq; sit pura & præ sens, non tamen ea statim committitur, ut promittens protinus ex ea conveniri possit, sed tum dénum, cum interpellatus, post aliquod spa tium, quo potuit conferre, non fecit, arg. l. 13. & 105. ff. de solut. jnncta l. 2. §. de illis. ff. b. t. Cujac. ad l. 5. §. ult. b. t. in comm. suo. VVesenb. d. l. n. 6. in pr.

XCI.

Et sive quis non conferat ex hac stipulatione, sive dolo fecerit, quod minus conferat: quanti ea res erit, in tantam pecuniam condemnabitur. d. l. 5. §. ult. & ibi Cujac. in comm. suo. ff. b. t.

XCII.

Si per inopiam quis non possit cavere de conferendis bonis suis, non

non statim ab eo transferenda est possessio portionis suæ, sed sustineandum, donec sponsores invenerit, ita tamen, ut interim fratribus actio detur, de ijs, quæ mora deteriora futura sunt, hoc est, quæ servi non possunt, quæ tempore pereunt: dummodo caveant fratri ad conferendum obligato, de restituenda pecunia, cum propria contulerit. l. 2. §. ult. ff. b. t. ubi actio est auctio, id est, jus vendendi. Cujac. ad l. 8. ff. b. t. in suo Papin.

XCIII.

Quod si non caveant, non dabitur eis actio, ut vendant, sed dabitur procuratos rerum, qui curam gerat earum, quæ perire possunt, ut vendat, & pecuniam servet. l. 1. §. si frater. ff. b. t.

XCIV.

Quod si per consumaciam quis nolit cavere de conferendis bonis proprijs, hoc casu statim transferenda ab eo possessio est portionis suæ, denegandæ ei sunt actiones, perinde, ac si bon. possessionem non accepisset. l. 3. in pr. ff. b. t. l. 11. 12. & 14. C. b. t.

XCV.

Bonorum quoq; possessio consumaci, & qui palam se satisdaturum negat, denegabitur, cum ipsem et repudiare videatur bon. possessionem, qui formam ejus observare non vult. l. nonnunquam. 8. ff. b. t.

XCVI.

Quod si tamen frater initio dixerit, se nolle cavere, postea pœnitentia ductus offerat cautionem, audiendus erit, si intra tempus delata possessionis cautionem offerat. d. l. 8. & ibi Cujac. in suo Papin.

XCVII.

Sed & implorato officio judicis ad conferendum quis compelli potest. Quid enim si non opus illi sit actionibus, utpote possidenti, & conferre supersedeatur? l. 1. in pr. ff. de dot. collat. l. si foror. 8. C. b. t.

XCVIII.

Agenti quoq; objici potest exceptio non factæ collationis, & licet sine exceptionis objectu admissus sit agens, & divisio cum ipso facta, poterit nihil tamen minus post officio judicis implorato collatio peti. d. l. si foror. 8. C. b. t. VVefenb. in par. ff. b. n. 6.

XCIX.

Finis collationis est, ut liberis æqua lance pariq; modo prospiciatur, atq; ita æquitas & concordia inter illos servetur, arg. l. 1. in pr. ff. b. t. l. ut liberis. 17. in pr. C. eod.


C.


Effeatus collationis sunt: Facta collatione bona collata inter liberos communiter dividuntur: actiones hereditariæ, quæ denegata collatione denegari poterant, vel per exceptionem excludi, competere incipiunt. VVef. d. l. n. fin. Rittersh. in Nov.

p. 7. c. 22. n. 11. Treutl. d. vol. 2. diff. 17. th. 7. & ibi Bachov.

Et tantum hac rite de collationum materia.

SOLI DEO GLORIA.





the scale towards document

LXXXV.
quomodo fiat collatio. Et fit collatio omnis vel re-
vel utroq; modo.

LXXXVI.

atio vel per divisionem bonorum conferendorum,
do, vel delegando debitorem, vel dando fundum, vel
nis conferendis, vel liberando coheredes à necessita-
uod defunctus promisit. d. l. i. §. quamvis. ii. & seq ff.
de dot. collat. l. 2. C. b. t.

LXXXVII.

io fieri dicitur, si quis datis fidejussoribus, vel pigno-
uos securos faciat de bonis conferendis. d. l. i. §. ju-

LXXXVIII.

collatio fit, si quædam dividantur, de quibusdam ca-
int etiam quædam esse in occulto: non satis confert,
amvis dividat. Si igitur constet inter partes, quid sit
ati, sufficiens collatio est divisio: si non constet, sed
non esse in commune redacta, tunc propter incer-
terponenda. d. l. i. §. quamvis. ii. ff. b. t.

LXXXIX.

collatio etiam fit mediante juramento ejus, qui con-
ullen sie nach des Vatters oder Mutter todt ihr Erbheil
der abgesonderte Bruder/ oder berahtene Tochter in die
it ihrem Eid alles das gutt/ datmit sie abgesondert waren/
ist/ wo es aber ander gutt, daß sie beweisen mag/ da mögen
en. art. 13.lib.1. Sneid. ad d. §. quædam. n. 39 Inst. de aet.
6. in fin.

X C.

ollatio de conferendis bonis, utcunq; fit pura & præ-
a statim committitur, ut promittens protinus ex ea
ed tum dénum, cum interpellatus, post aliquod spa-
conferre, non fecit, arg. l. 13. & 105. ff. de solut. jnncta
i. Cujac. ad l. 5. §. ult. b. t. in comm. suo. VVesenb. d. l.

XCI.

in conferat ex hac stipulatione, sive dolo fecerit, quo
quanti ea res erit, in tantam pecuniam condemnabi-
t ibi Cujac. in comm. suo. ff. b. t.

XCII.

quis non possit cavere de conferendis bonis suis,
non